Wiletus:ciuitas	58 0	37 0		Cambyses:fluuius	81 0	34 230	
Magnesia:ciuitas	58 40	39 10		C Ex Carmama			
Philadelphia:ciuitas	59 0	38 30		Bacra:regia	116 0	34 10	
Laodicia:ciuitas	59 30	38 40		Oriana:ciuitas	117 0	44 40	
Entiochia:ciuitas	59 30	38 30		C Ex India			
Cadmus:mons	59 40	38 30		Bragma:ciuitas	128 0	39 0	
Pactolus:fluuius	59 0	39 20		Hanges:fluuius	129 0	37 20	
Hyysa:ciuitas	59 0	38 15		Hangis p̄mū hostiū	144 30	38 10	
Hermus:fluuius	60 0	40 0		Secundū hostiū	145 40	38 40	
Didimus:mons	61 0	40 40		Tertium hostiū	146 30	38 40	
Iconiū:ciuitas	64 30	38 30		Quartū hostiū	147 30	38 30	

b.iii.

infus

Liber

**C**ontrouinciarū principia media atq; fines tūn: in lōgitudinū tum latitudinū gradibus.

Lōgitudo 10° M. f.	Latitudo 10° M. f.	Lōgitudo 10° M. f.	Latitudo 10° M. f.
5 5 5	5 5 5	5 5 5	5 5 5
<b>Ex Europa: prouincie</b>			
Hibernia insula Bri tanica	7 1 5 1 8 1	6 2 5 9 5 7	Meroe
Ellibion insula britanica	1 4 2 2 3 0 1	6 1 5 6 5 1	Ethiopia interior
Hispania betica	1 4 1 8 1 2 1	1 4 0 3 8 3 6	<b>Ex asia: prouincie</b>
Lusitania hispania	1 2 1 6 1 1 1	1 4 1 3 9 3 7	Pontus & Bithinia
Tarraconensis hispania	1 4 1 2 2 0 1	1 4 5 3 9 3 4 1	Asia minor
Celtogalatia/aqtania	1 7 1 9 2 1 1	1 5 5 4 9 4 3 1	Licia
Gallia lugdunensis	1 6 2 0 2 5 1	1 5 1 4 5 3 9 1	Baetia
Gallia belgica	1 2 2 2 5 2 9 1	1 5 4 4 9 4 5 1	Pamphilia
Gallia narbonensis	1 2 1 2 5 2 9 1	1 4 5 4 3 4 2 1	Capadocia
Hermania magna	1 2 7 3 6 4 6 1	1 5 9 5 2 4 6 1	Armenia minor
Bethia	1 2 9 1 0 3 1 1	1 4 7 4 6 4 5 1	Lilicia
Gindelcia	1 3 2 3 3 3 4 1	1 4 7 4 6 4 5 1	Sarmatia assatica
Horicum	1 3 4 3 5 3 7 1	1 4 9 4 7 4 5 1	Armenia maior
Pannonia superior	1 3 7 4 2 4 8 1	1 4 7 4 6 4 5 1	Ciprus insula
Pannonia inferior	1 4 1 4 3 4 5 1	1 4 7 4 4 4 2 1	Syria
Illiris	1 3 6 4 2 4 9 1	1 4 5 3 9 3 4 1	Palestina qz Judea
Dalmatia	1 3 7 4 1 4 6 1	1 4 4 4 2 4 1 1	Arabia petrea
Italia	1 2 8 3 8 4 9 1	1 4 5 4 1 3 8 1	Mesopotamia
Cirnus insula	1 3 0 3 4 3 9 1	1 4 1 4 0 3 9 1	Arabia deserta
Sardinia	1 3 2 9 1 3 4 3 9 1	1 3 9 1 3 4 2 9 1	Babilonia
Sicilia	1 3 6 3 8 1 4 0 1	1 3 9 1 3 6 3 4 1	Bissyría
Sarmatia	1 4 7 1 5 9 7 2 1	1 6 8 5 4 4 1 1	Media
Taurica	1 3 6 0 6 2 6 4 1	1 4 8 4 7 4 6 1	Susiana
Jassges	1 4 3 4 4 4 5 1	1 4 8 4 7 4 6 1	Persis
Datia	1 4 3 5 1 5 9 1	1 4 8 4 5 4 3 1	Martia
Misla superior	1 4 5 4 7 4 9 1	1 4 4 4 3 4 2 1	Hircania
Misla inferior	1 4 7 5 2 5 7 1	1 4 8 4 5 4 3 1	Arabia felix
Thracia	1 5 1 5 3 5 6 1	1 4 4 4 2 4 1 1	Carmania
Chersonesus	1 5 4 0 5 5 1	1 4 1 0 4 1 1	Margiana
Macedonia	1 4 4 4 9 5 4 1	1 4 8 4 3 3 8 1	Bactriana
Epirus	1 4 4 4 6 4 9 1	1 3 9 3 7 3 6 1	Sogdiana
Achaia	1 4 8 1 5 0 5 3 1	1 3 8 3 7 3 6 1	Scithia intra Imau
Eubota insula	1 5 2 5 3 5 5 1	1 3 8 3 7 3 6 1	montem
Peleponesus	1 4 7 4 9 5 2 1	1 4 5 3 9 3 4 1	Scithia extra Imau
Creta insula	1 5 2 5 3 5 5 1	1 5 5 4 4 3 4 1	montem
<b>Ex Africa: prouincie</b>			Serica
Mauritania Ligantica	1 6 4 1 7 6 1	1 3 5 3 0 2 6 1	Aria
Mauritania cesariensis	1 1 1 8 2 6 1	1 3 6 3 1 2 6 1	Paropanisus
Africa minor	1 2 6 3 6 4 6 1	1 4 1 3 0 2 0 1	Drangiana
Numidia	1 2 0 3 3 4 6 1	1 3 8 3 2 2 6 1	Brachossia
Cirene	1 4 7 4 9 5 1 1	1 3 1 2 6 2 1 1	Sedrossia
Marmarica	1 5 1 5 8 5 5 1	1 3 9 3 1 2 3 1	India intra gangē
Egypt⁹ me- diterranea	1 5 2 5 8 6 5 1	1 3 1 2 7 3 2 3 1	India extra gangē
Libia interior	1 1 1 2 4 4 8 1	1 3 3 1 9 1 5 1	Burea Chersones⁹
Ethiopia sub egypto	1 5 9 7 0 8 2 1	1 2 2 1 1 1 1	Sinarum regio
			Caprobane insula


**C**De horizonte. Cap. quintum.

**H**orizon vero est circulus dividens inferius hemispherium a superiori. Unde appellatur horizon: id est terminat oris visus. Dicitur autem horizon circulus hemispherii. Est autem duplex horizon: rectus et obliquus siue declivis. Rectum horizonte: et sphaera recta habet illi quorum zenith est in equinoctiali: quia illorum horizon est circulus transiens per polos mundi dividens equinoctiale ad angulos rectos speciales: unde dicitur horizon rectus et sphaera recta. Obliquum horizonte siue declivem habent illi quibus polus mundi eleuatur supra horizontem: quoniam illorum horizon intersecat equinoctiale ad angulos impares et obliquos: unde dicitur horizon obliquus/ et sphaera obliqua siue declivis. Zenith autem capitum nostri semper est polus horizonis. Unde ex his patet quod pars est eleuatio poli mundi supra horizontem: tanta est distantia zenith ab equinoctiali quod sic patet. Cum in quolibet die naturali uterque colurus bis iungatur meridianu: siue idem sit et meridianus quicquid devno probatur: et de reliquo. Sumatur igitur quarta pars coluri distinguens solstitia que est ab equinoctiali usque ad polum mundi. Sumatur iterum quarta pars eiusdem coluri que est a zenithu usque ad horizontem: cum zenith sit polus horizonis. Iste due pars cum sint quarte eiusdem circuli: inter se sunt eaeles. Sed si ab equalibus equalia demantur: vel idem commune: residua erunt equalia. dempto igitur communis arcu scilicet qui est inter zenith et polum mundi: residua erunt equalia scilicet eleuatio poli mundi supra horizontem: et distantia zenith ab equinoctiali.

**18** **H**orizon qui et finitor dicitur est sphaera circulus maior: superius hemispherium ab inferiore dividens. est enim iste circulus in quem sub diuina consistenti circumducuntur oculos: videlicet obtutus deficere: qui et dicitur partem celivitatem a non visa dirimere. Hemispherium: dividendum sphaera nuncupamus.

**19** **R**ectus horizon est horizon sub equatore habitanti: qui et sphaera rectam habere dicuntur. Obliquus horizon est horizon ultra extraue equatorem habitanti: ubi cuncti morari contingat. qui et idem sphaera de clivem/ pronam/ atque obliquam habere dicuntur. et omnium horizontium capitum vertex polus dicitur: a finitu loci ad equatorem. pro qua hec subditur regula.

**20** **Q**uanta est eleuatio poli mundi super horizontem: tanta est distantia puncti verticis ad equatorem. quod perinde est ac si dicitur quanta est alicuius loci: poli mundi eleuatio super horizontem: tanta est eiusdem loci latitudo. que hoc pacto demonstratur. Esto a b c alter colurus nostro meridianu: confunctus linea b equator. c punctus verticis. d polus mundi. a et horizon. manifestum est arcum d e esse eleuationem poli super horizontem: quam dico esse eam arcui c b qui est distantia puncti verticis ad equatorem. nam arcus b d qui est distantia equatoris ad polum mundi est quarta pars circuli a b et similiter arcus c e distantia scilicet puncti verticis ad horizontem: quarta est eiusdem circuli a b et nam punctus verticalis: polus est horizontis. sunt igitur arcus b d et arcus c e quadrantes scilicet eiusdem circuli ad inuenientur equalis: quando quidem quarta omnes eiusdem circuli ad inuenientur equalis. at arcus c d est pars prime quartae b d similiter quoque et idem arcus c d pars est secunda quartae c e. dempto ergo ab utraque quartarum communis arcu c d: residua erunt equalia. nam proloquium/ dignitasque est: si ab equalibus equalia aut idem commune auferas residua esse equalia. sed dempto arcu c d: ab quadrante b d relinquitur c b distantia a puncto verticali ad equatorem. et dempto eodem arcu c d: ab secundo quadrante c e: relinquitur d e eleuatio scilicet poli mundi super horizontem. equantur igitur ad inuenientur c b: et d e distantia scilicet puncti verticalis ad equatorem: et eleuatio poli mundi super horizontem. quanta est ergo eleuatio poli mundi super horizontem tanta est et distantia puncti verticalis ad equatorem. que est et loci latitudine utrum propositum.



**C**De quattuor circulis minoribus. Cap. sextum.

**D**icto de sex circulis maioribus dicendum est de quattuor minoribus. **N**otandum igitur quod sol existens in primo punto cancri: siue in punto solstitii est ualis raptu firmamēti

describit quēdam circulum: qui vltimo descriptus est a sole ex parte poli arctici. Unde appellatur circulus solstitii estivalis ratione superius dicta. Et tropicus estivalis a tropos quod est conuersio: qz tunc sol incipit se conuertere ad inferius hemispheriū: et recedere a nobis. Sol iterum existens in primo puncto capricorni sive solstitii hiemalis: raptu firmamenti describit quēdam circulum: qui vltimo describit a sole ex parte poli antarctici. Unde appellat̄ circulus solstitii hiemalis sive tropicus hiemalis: qz tunc sol cōvertit ad nos. Cum autem zodiacus declinet ab equinoctiali: et polus zodiaci declinabit a polo mundi. Cum igitur moueat̄ octaua sphera: et zodiacus qui est pars octauae spherae mouebit circa axem mundi. et polus zodiaci mouebit circa polum mundi. Iste igitur circulus quem describit polus zodiaci circa polum mundi arcticum: dicitur circul⁹ arcticus. Ille vero circulus quē describit alter polus zodiaci circa polū mūdi antarcticū: dicit̄ circulus antarctic⁹. Quāta est etiā maxima solis declinatio scz ab equinoctiali: tanta est distātia poli mūdi ad polum zodiaci: qd sic patet. Sumatur colurus distinguens solstitia: qui transit per polos mūdi et p̄ polos zodiaci. Cum igit̄ oēs q̄rtevnius et eiusdē circuli interse sint equailes. quare huius coluri: que est ab equinoctiali: vscz ad polum mundi erit equalis quarta eiusdem coluri: que est a primo puncto cancrivscz ad polū zodiaci. Igitur ab illis equalibus dempto communi arcu qui est a primo puncto cancrivscz ad polum mūdi: residua erunt equalia: scz maxima solis declinatio et distantia poli mundi ad polum zodiaci. Cum autē circulus arcticus secundum quālibet sui partem eque distet a polo mundi: patet q̄ illa pars coluri que est inter primū punctum cancri et circulum arcticum: fere est dupla ad maximam solis declinationem: sive ad arcum eiusdem coluri qui intercipitur inter circulum arcticum et polum mundi arcticum: qui etiam arcus equalis est maxime solis declinationi. Cum enī colurus iste sicut alij circuli in sphera sit 36° graduum quarta cius erit 9° graduū. Cum igitur maxima solis declinatio secundū Ptolomeum sit 23 graduum et 51 minutorum et totidē graduū sit arcus qui est inter circulum arcticū et polum mundi arcticum si ista duo simul iuncta que fere faciunt 48 gradus subtrahantur a 9° residuum erunt 42. gradus quantus est arcus coluri qui est inter primū punctum cancri et circulum arcticum. et sic patet q̄ ille arcus fere duplus est ad maximā solis declinationem.


21. **C** Tropicus cancri est circulus minor: quem sol ī principio cancri existens: ad motum p̄mi mobilis describit: qui et solstitium estivum dicitur.  
Tropicus capricorni est circulus minor: quem sol initium capricorni tenens: ad motum primi mobilis describit. quem et circulum brume dicimus.

22. **C** Circul⁹ arctic⁹ est circul⁹ minor: quē pol⁹ zodiaci ad motū p̄mi mobilis circa polū mūdi arcticū describit. Circulus antarcticus est circulus minor: quē alter polus zodiaci circa polum mūdi antarcticū circinat et describit. Polum zodiaci: punctū unde cunz eclyptice equidistantē nuncupam⁹. sunt enī poli zodiaci: axis eclyptice extremitates. et pro distātia poli zodiaci a polo mundi cognoscenda hec subditur regula.

23. **C** Quanta est maxima solis declinatio tanta est distantia poli zodiaci a polo mundi. Que hoc pacto demonstratur.

Sit circulus ab d colurus solstitiorum: qui ex diffinitione per polos zodiaci partiter et polos mundi transit. et sit linea a eclyptica et linea b equator: et punctus c polus zodiaci. d vero polus mūdi. dico ergo arcū c d qui est distātia poli zodiaci a polo mūdi equū esse arcū b a qui est maxima solis declinatio. Nam arcus a c est quarta pars circuli a b d: est enim c polus eclyptice a. sed et arcus b d est quarta eiusdem circuli. Igitur quarte a c et b d adiuvicem equantur. et arcus b c est pars quarte a c itidem et pars quarte b d. dempto igitur a duabus quartis a c et b d eodem cōmuni arcu qui est b c: residua per conceptionem erunt equalia. at dempto arcu b c ab arcu a c relinquitur b a: et dempto eodem arcu b c ab arcu b d relinquitur c d: equā tur igitur relicta adiuvicem c d et b a. que sunt distantia poli zodiaci a polo mundi et maxima solis declinatio. quod est propositum.

24. **C** Ex his quoqz et determinatis in precedente commēto: distantias tum in celo: tum in terra cognoscere promptū ē: vt esto a d k colurus solstitiorum. et linea a k hori zon. linea b circulus brume. c equator. d solstitium estivum. e vertex capitis. f punctus circuli borei puncto verticali vicinior. g polus mūdi. h punct⁹ circuli borei a verticali punto remotissimus.



**C**ad cognoscendā ergo alicui<sup>o</sup> loci note latitudinis citra e<sup>c</sup>qtore ad circulū estiuū sit: distantia horizontis ad punctū circuli borei sibivicintus: vt arcum k h: substrahe ab arcu g k (qui equa<sup>p</sup> regulā precedētis capitis latitudini loci) arcum g h, qui equa<sup>p</sup> est maxime solis declinationi a ptolomeo diffinita 23 graduum et 51 minutorum et remanet distantia petita.

**C**ad cognoscendā elevatiōne poli mundi super horizonta eiusdem loci vt arcum g k: quere loci illius cutus cunq<sup>s</sup> per tabulam quarto capiti adiectam: latitudinē et per regulam precedentis capitis habes tuam elevationem. equatur enim latitudo semper polari elevationi.

**C**ad cognoscendā maximā elevationē circuli arctici super horizontē vt arcum f k adde arcui g k elevatio- ni scz poli mundi super horizonta: arcum f g qui equatur maxime solis declinationi: et habes petitum.

**C**ad cognoscendā distantia puncti verticalis ad horizonta vt arcum e k: partire 3 6 o circuli numeruz: per

4 et prouenient 9 o scz interuallum verticis capitū et finitoris.

**C**ad cognoscendā distantia horizontis ad circulū estiuū ex eadem parte que est arcus d k: adiice arcui d h (qui est quarta circuli et 9 o gradū) arcum h k prius cognitum: et habes interuallum inter horizonta che- lasq<sup>s</sup> eadem ex parte iuterceptum.

**C**ad cognoscendā distantia horizontis eadem ex parte ad equatorē id est arcum c k: adde arcui d k prime inuenient: maximum solis declinationē et interuallum proueniet petitum.

**C**ad cognoscendā maximā distantia horizontis ad circulū brume hoc est arcum b k: maxime distantie hos-

horizontis ad equatorē nunc in uente: adiice iterum maximā solis declinationē vt arcui b a: et habes petitum.

Arcus enī a k interualli horizontis ad horizontē notus est. nam circuli medieras: que est 18 o gradus. et hoc pacto cape distātias ab h polo scz zodiaci: ipm ad g ad f ad e ad d ad c ad b ad a cōparando. et hūc in mo-

dum de ceteris punctis: et cognosces p̄optissime cēs gradus et minuta distātias in celo: quibus quidez cū similia in terris respondeant: gradus et minuta interuallorū terre facillime dinoscet. Et ad latitudinē parisiā: horū interuallorū formulā subiunximus: eiusmodi distātias locorū solis superioris figure litteris vī. vt k h pro elevatione poli eclyptice super horizontē. et k g pro elevatione poli mundi. et hoc pacto de re liquis. et horum interuallorū cognoscendā p̄optitudo: non paruum ad cosmographiā Pto-

lomei/ et Geographiam Strabonis habet momentum.

Distā.	S	M	Distā.	S	M	Distātie	S	M	Ad latitudinē. 4 8
Rh	24	09	h c	113	51	f b	89	51	
Rg	48	00	h b	137	42	f a	108	09	
Rf	71	51	h a	155	51	e d	124	09	
Re	90	00	g f	23	51	e c	48	00	
Rd	114	09	g e	42	00	e b	71	51	
Rc	138	00	g d	66	09	e a	90	1	
Rb	161	51	g c	90	00	d c	23	51	
Ra	180	00	g b	113	51	d b	147	42	
Rg	231	51	g a	132	00	d a	165	51	
Rf	147	42	f e	181	09	c b	323	51	
Re	155	51	f d	142	09	c a	142	09	
Rd	190	00	f c	66	1	b a	18	09	

25 **C**aduerte preterea distantia proxime a circulo boreo ad circulū cancri (que est arcus f d) inueniri subdu- cendo maximā solis declinationē et distantia circuli borei a cardine mudi: q̄ eidē maxime declinationi equa- tur: scz c d et f g: ab quarta circuli scz 9 o gradibus. at maxima solis declinatio que est a Ptolomeo prescri- pta gradus 23 et minuta 5 1: duplata gradus cōflat 47 et minuta 4 2: subductis itaq<sup>s</sup> a 9 o gradib<sup>z</sup> eiusmo di geminate distātie gradibus 4 7 et minutis 4 2: relinquunt gradus 4 2 et minuta 1 8. proxim a scz distā- tia circuli borei ad cancerum. que ut notat auctor fere dupla est ad maximā solis declinationem. fere non ab re adiectū est: q̄ ea minor est duplo maxime declinationis: quanto 4 7 gradus et 4 2 minutis superant 4 2 gradus et 1 8 minutis: scz 5 gradibus et 2 4 minutis. neq<sup>s</sup> auctor exactā p̄o introductionis officio curauit ponere munerationem.

26 **C**ad demū animaduersione nō est indignū: non omnino verum esse maximā solis declinationē gradus 2 3 minuta 5 1 constanter seruare propter motum inclinationis octauī circuli: quem motum sol insequitur. scz indefinienda determinandaq<sup>s</sup> maxime declinationis quantitate: secutus est alphraganū et ille Ptolomei cui nondum octauī circuli inclinationis motus quem accessum/recessumq<sup>s</sup> vocat satis exploratus euaserat quod ex theoricis fidelius requirere licebit.

### De quinq<sup>s</sup> zonis. Cap. septimum.

**E**quinocialis cum quatuor circulis minoribus dicuntur quinq<sup>s</sup> paralelli quasi eque distantes: non quia q̄stum primus distat a secundo tantum secūdus distet a tertio q̄r hoc falsum est sicut iam patuit: sed quia quilibet duo circuli simul iuncti: secūdum quālibet sui partem eque distant ab inicem et dicūtur paralellus equinoctialis/paralellus solsticiū esti- ualis/paralellus solsticiū hiemalis/paralellus arcticus/et paralellus antarcticus.

**C**onstat dū etiam q̄ quattuor parallelli minores scz duo tropici et parallellus arcticus et parallellus antarcticus distinguunt in celo quinq̄ zonas siue regiones. vñ Virgili⁹ in geoz.

Quinq̄ tenent celum zone quarum vna corusco.

Semper sole rubens et torrida semper ab igni.

Distinguuntur etiam totidem plage in terra directe predictis zonis supposite.

vnde Quidius in primo metamorphoscos.

Totidemq̄ plage tellure premunt.

Quarum q̄ media est non est habitabilis estu.


Fix legit alta duas: totidem intervrasq; locauit:

Temperiemq; dedit mixta cū frigore flamma.

Illa igitur zona que est inter duos tropicos dicitur inhabitabilis: propter calorem solis discurrentis semper inter tropicos. Similiter plaga terre illi directe supposita dicit inhabitabilis: propter calorem solis discurrentis super illam. Ille vero due zone que circunscribuntur a circulo arctico et circulo antarctico circa polos mundi inhabitabiles sunt: propter nimiam frigiditatem quia sol ab eis maxime remouetur. Similiter intelligendum est de plagis terre illis directe suppositis. Ille autem due zone quarum vna est inter tropicum estualem et circulum arcticū: et reliqua que est inter tropicum hemicale et circulum antarcticum: habitabiles sunt et temperate caliditate torride zone existente inter tropicos: et frigiditate zonarum extremarum que sunt circa polos mundi. Idem intellige de plagis terre illis directe suppositis.

**27** **C**parallellus circulus est qui q̄ quo versus oīs ex parte alteri circulo equidistant ut circulus arcticus parallellus est circulo cancri/equatori/circulo brume/et antarctico/et sunt quinq̄ parallelli in sphera signati: qui sunt circulus arcticus/circulus cancri/equator/circulus capricorni/et circulus antarcticus. quorū quatuor minores arcticus/cancri/capricorni/et antarcticus distinguitur quinq̄ celi zonas.

**28** **E**sto ergo adiecte figure A polus mundi. b et c circul⁹ boreus. d e circulus capricorni. f g circulus brume. h k circulus antarcticus. l vero polus notius atq; austro-noticus. erit prima zona scz borea/arciticaq;: totū inter b a c interceptū spaciū: que continuo frigore rigens inhabitata est. scdā erit totū inter b c et d e interceptū spaciū: temperata atq; habitabilis. tertia erit totum inter d e et f g interceptū spaciū: frigore male:egreg⁹ habitabilis. sol enim illuc secundū lineam g d (que nobis eclipticā designat) assiduavolubilitate gyros ducēs suo fervore ea reddit inhabitatam. quarta est totum inter f g et h k interceptū spaciū: temperata atq; habitabilis: si aquarum vastitas et altera celi facies id impune finat. quinta est totū inter h k l interceptū spaciū: frigore semper horrens atq; inhabitata. et cum dicimus aliquam celi zonam aut habitatam/ aut inhabitatam: hanc denominationē a simili zona terre illi celesti plage subiecte intelligi volum⁹. et cū habitatam aut habitabilem dicimus: bene et facile habitabile: cum autem inhabitatam inhabitabilem: egre/difficileq; habitabile intelligim⁹. sūt enī quietu- stam torridamq; zonam nunc habitant multi. et he quinq̄ zone sumpta sphera facile conspicitur. Cetera autem littere intellectui pūta sunt. **I**ntroductorij Astronomici de sphera secundi finis.



**C**tercius liber de ortu et occasu signorum: de diversitate dicrum et noctium/ et de diversitate climatum: et primo de ortu et occasu Cosmico/Chronico/et Heliaco/hoc est mūdū li:temporali:et solari. Cap. primum.

**I**gnorum autem ortus et occasus dupliciter accipitur: quoniam q̄stum ad portas et quantū ad astronomos. Est igitur ortus et occasus signorum quo ad portas triplex. scz cosmicus:chronicus:et heliacus. Cosmicus enim ortus siue mundanus est: qñ signū vel stella supra horizontē ex parte orientis de die ascēdit. Et licet in qualibz die artificiali sex signa sic oriātur: tñ antonomasice signū illud dicit cosmice oriri cū quo et in quo sol manc orit. Et hic ortus p̄prius et p̄ncipalis et quotidian⁹ dicit. De hoc ortu exemplum in Georgicis habetur ubi docetur satio fabarū et milij in vere: sole existente in tauro sic. Landidus auratis aperit cum cornibus annū Taurus: et aduerso cedēs canis occidit astro. Occasusvero cosmicus est respctu oppositionis: scz qñ sol oriatur cum aliquo signo: cuius signi oppositū occidit cosmicc. De hoc occasu dicit in Scor-

gicis: ubi docetur satio frumenti in fine autuni sole existente in scorpione: qui cum ortatur cum sole: taurus signi eius oppositum ubi sunt pleyades occidit: sic. Ante tibi eoc atlantes abscondatur: Debita quod sulcis committas semina. Chronicus ortus siue temporalis est quando signum vel stella post solis occasum supra horizontem ex parte orientis emergit chronicus scilicet de nocte: et dicitur temporalis quia tempus mathematicorum nascitur cum solis occidit. De hoc ortu habemus in Ouidio de ponto. ubi conqueritur moram exiliu sui dicens. Quattuor autunos pleyas orta facit. Significans per quatuor autumnos quattuor annos transisse postquam missus erat in exiliu. Sed virgilius voluit in autuno pleyades occidere: ergo praeclarus videt. Sed ratio huius est quod secundum Virgilium occidunt cosmice. secundum Ouidium ortitur chronicus: quod bene potest ostendere eodem die. Sed differenter isti: quod cosmicus occasus est respectu temporis matutini. Chronicus vero ortus respectu vespertini est. Chronicus occasus est respectu oppositionis. Heliacus ortus siue solaris: est quod signum vel stellae videri potest per elongationem solis ab illo: quod prius videri non poterat solis propinquitate. Exemplum huius ponit Ovidius in libro de fastis sic. Nam leuis obliqua succedit aquarii uirna. Et Virgilius in Georgicis. Gnosiacus ardantis descendit stella corone. Que iuxta scorpius nem existens non videbat: dum sol erat in scorpiione. Occidit heliacus quando sol ad signum accedit: et illud sua presentia et luminositate videri non permittit.

**1** **O**rtus cosmicus qui et midialis dicitur: est ascensio signi aut stelle de die super horizontem diem autem hic eam moram nuncupamus: qua sol super hemisphaerium nostrum fertur. qui et dies artificialis inferius vocabitur. Et id signum quod mane cum sole in nostrum ascendit sensim eleuat hemisphaerium: maxime et excellenter quadam cosmetice oriri dicitur: ut inveris initio aries/estatis cancer/aurum chele/in initio brume capricornus.

**2** **O**ccidit cosmicus est descensio signi aut stelle sub nostrum horizontem: dum sol nostri occupat hemisphaerium et id maxime comisce occidere dicitur: quod sole diluculo sensim ex orientis parte emergere: continuo pronubabit in occasum. ut in veris initio chele/estatis egoceros/autunni aries/brume cancer. sunt enim hec illis signis opposita: que maxime in eorum tempore initus cosmicus prius orti dicebantur. et de hoc ortu occasusque insigne est hoc Virgilium Georgicon.

Vere fabis satio. tunc te quodque Medica putres

Accipiunt sulci: et milio venit annua cura:

Candidus auratis aperit cum cornibus annum

Taurus: et aduerso cedens canis occidit astro.

At si triticeam messem robustaque farra

Exercebis humum: solisque instabitis aristis

Ante tibi eoc atlantes abscondantur:

Gnosiacus ardantis decedit stella corone:

Debita quod sulcis committas semina: quodque

Inuite properes anni spem credere terre.

Quattuor temporum anni initia: media ac fines: tum in mensibus. tum in signis celestibus:

hac formula deprehenduntur.

Pri.	Me.	Finis	Tempora	Principium	Medium	Finis
M	A	M	Aer	Aries	Taurus	Semini
J	J	A	Estas	Lancer	Leo	Virgo
S	D	II	Aurum	Libra	Scorpius	Sagittarius
D	J	S	Hiems	Capricornus	Aquarius	Pisces

**3** **O**rtus chronicus qui et temporaneus dicitur: est ascensio signi aut stelle super horizontem post solis occidit eo enim tempore quod a crepusculo vespertino principium sumit: mathematici utuntur: non qui Arithmetici: Musici: Geometrici: Astronomici dignitatem possunt: sed quos vanos veneficosque nuncupamus: qualibet beneficio sagis mulieribus: maxime famis Tessalia fuisse legitur. quem fuisse Circen: quemque Medea am his verbis fingit Ovidius.

Dijus omnes noctis adeste:

Quorum ope cum volvi (ripis mirantibus) amnes

In fontes redire suos: concussaque sisto.

Strantia concutio. cantu freta nubila pello.

Nubilaque induco. ventos abigoque vocoque.

Uiperaeas rumpoverbis et carmine fauces.

Uinaque sara sua conuulsaque roboza terra

Et illuas moueo. tubaeoque tremiscere montes:

Et mugire solum: manesque exire sepulcris.

Et insigniores poete damnū calamitatēque insinuare volentes: ad id experimentū hoc ortu quasi infaustioribus. et hoc quoque ortu non nescio Naso: sui exiliū infelice et nullo rite reuocata moram his verbis deplorat

Sed memor unde abis: queror o iucunde sodalis

Accedant nostris seuq; arma malis.

At careo vobis scithicas detrusus in oras:

Quattuor autumnos pleias orta facit.

**C** Pleiades enī sunt septē stelle tauri que et atlantis dīcunt: que quidē in cosmico mūdanoq; ortu fere  
4 in medio overis oriunt: sed ortu chronicō fere in medio autūni: a septē atlantis filiabus hec noīa sortite. Ele  
ctra/ Alcione/ Celeno/ Merope/ Astrōphe/ Tagete/ Mata. Nec hoc mirum quidem: fuerunt enī Atlas et  
Mercurius trismegistus atlantis nepos: insignes astronomi et ferme eius artis retores. qui noīa sideri-  
bus fecerunt: que adhuc obseruat posteritas: vt par est credere medice opifereq; artis p̄mos retores suis  
fecisse noīa rebus: quod tñ singulariter inquit Quidi' pleias orta: ea singulari insigniq; appellatiōe Mata  
intelligam?: que ob honore mercurij pleiados nōmē sibi peculiariter vendicat ac asciscit.

**C** Occasus chronicus est descensio signi aut stelle sub horizontē post solis occasum

**C** Heliacus ortus qui et solaris dīcīt: est cū signū aut stella a radijs solis emergēs īcipit apparere: quā p̄us  
solis plentia vicinitas q̄p̄ideri non sinebat. insigni enī lumē: min⁹ offūdit atq; offuscar videriq; nō p̄mittit.

**C** Heliacus occasus est cū p̄us astrū aut stellā videret: haudquaq; amplius videri sinit solis viciniāt in coi-  
tu solis et lune: tñ singit lunā non videri. Astrī noīe: celestē imaginē: signūq; celeste cōprehēdim⁹. Et hi tres  
ortū occasūq; modi ex grecis vocabulis cosmos/ chronos/ et helios. que sūt mūdus ipsi sol: noīa sumunt:  
poeticq; dīcunt: q̄ poete frequētius illis videntur. idcirco nichil mirum videri debebit: si poetarum adducē-  
do carmina: eoz hoc in loco in reḡ sua: sumus plurimū suffraḡ us. nunc aut ad cetera transeamus.

**D**e ortu et occasu signoꝝ scđm astrologos. Cap. scđm

**C** Sequit de ortu et occasu signoꝝ p̄ut sumūt astronomi et p̄us in sphera recta. **S**cien-  
dum est q̄ tam in sphera recta q̄ obliqua ascēdit equinoctialis circulus semp vuniformiter  
scz in t̄pibus equalibus equales arcus ascendūt. **A**rotus enī celi vuniformis est: et angul⁹  
quē facit equinoctialis cum horizonte obliquo non diuersificatur in aliquib⁹ horis. Par-  
tes vero zodiaci non de necessitate habent equales ascensiones in vtraq; sphera: q̄ quan-  
to aliqua zodiaci pars rectius oritur: tanto plus t̄pis ponitur in suo ortu: huius signū est  
q̄ sex signa oriuntur in longavcl brcui die artificiali: similiter et in nocte. **N**otandū igi-  
tur q̄ ortus vel occasus alicui signi nichil aliud est quā illā partē equinoctialis oriū: que  
oritur cū illo signo orientevel ascendēte supra horizontē. vel illā partem equinoctialis oc-  
cidere que occidit cū illo signo occidente: id est tendente ad occasum sub horizonte. Signū  
aut recte oriri dīcīt cum quo maior pars equinoctialis oritur: obliquevero cū quo minor  
Similiter etiam intelligendū est de occasu. **E**t est sciendū q̄ in sphera recta quarte zo-  
diaci inchoate quattuor pūctis: duobus scz solsticialibus et duob⁹ equinoctialib⁹: adquā-  
tur suis ascensionib⁹: id est quantū t̄ps consumit quarta zodiaci in suo ortu: in tanto tēpo  
re quarta equinoctialis illi cōterminalis peroritur: sed tñ partes illaꝝ quartarū variari  
necz habent equales ascensiones: sicut iam patet. **E**st enī regula quilibet duo arcus zo-  
diaci equales et eq̄liter distantes ab aliquo quattuor pūctorū iam dictorū: equales habēt  
ascensiones. et ex hoc sequit q̄ signa opposita equales habent ascensiones. et hoc est qd  
dicit Lucanus loquens de pccissu catonis in libyā versus equinoctiale. **N**ō obliqua meāt  
nec tauro rectior exit Scorpius. aut aries donat sua tēpora libre. Aut astræa iubet lentoſ  
descendere pisces. Par geminis chiron. et idem q̄ carcinos ardens humidus egoceros.  
nec plus leo tollitur verna. hic dicit Lucanus q̄ existētibus sub equinoctiali: signa opposi-  
ta equales habent ascensiones et occasum. Oppositio aut signoꝝ habetur per huncversū.  
Est li. ari. scor. tau. sa. gemi. capri. can. a. le. pis. vir. **E**t est notandū q̄ non valet talis ar-  
gumentatio. Iſti duo arcus sunt equales et simul incipiūt oriri: et semp maior pars oritur  
de uno q̄ de reliquo: ergo ille arcus citius peroritur cuius maior semp oriebatur. Instan-  
tia huius argumētationis manifesta est in partib⁹ predictarꝝ quartarū: si enī sumat quar-  
ta pars zodiaci que est a principio arietis vscz ad finē geminoꝝ: semp maior pars oriri de  
quarta zodiaci q̄ de quarta equinoctialis sibi cōterminali: et tamen ille due quarte simul  
perorunt. Idem intellige de quarta zodiaci que est a principio librey scz in finem sagitta-  
riū. Item si sumatur quarta zodiaci que est a principio cancri vscz in finē virginis: semp ma-  
ior pars oritur de q̄rta equinoctialis q̄ de quarta zodiaci illi cōterminali: et tamen ille due  
quarte simul perorunt. Idem intellige de quarta zodiaci que est a primo pūcto capricor-  
ni: vscz in finē piscaū. In sphera autē obliqua siue declivi: duc medictates zodiaci adequa-  
tur suis ascensionibus. **A**dedictates dico que sumunt a duobus punctis equinoctialibus

quia medietas zodiaci que est a principio arietis usq; in finem virginis: oritur cum medie-  
tate eqnoctialis sibi cōterminali: similiter alia medietas zodiaci oritur cum reliqua medietate  
equinoctialis. Partes autem illarum medietatum variantur secundum suas ascensiones: quoniam  
in illa medietate zodiaci que est a principio arietis usq; in finem virginis semper maior pars  
oritur de zodiaco quam de equinoctiali: et tamen ille medietates simul percorriuntur. Ecouerso  
contingit in reliqua medietate zodiaci que est a principio librae usq; ad finem pisces: semper  
enim maior pars oritur de eqnoctiali quam de zodiaco: et tamen ille medietates simul pero-  
riuntur: Unde hic patet instantia facta manifestior contra argumentationem superius di-  
ctam. Arcus autem qui succedit arietis usq; ad finem virginis in sphera obliqua minuit  
ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuum in sphera recta: quia minus oritur  
de equinoctiali. Et arcus qui succedunt librae usq; ad finem pisces in sphera obliqua: au-  
gent ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuum in sphera recta: quia plus oritur  
de equinoctiali. Augent dico secundum tantam quantitatem in quanta arcus succedentes arietis  
minuit. Ex hoc patet quod duo arcus equaliter oppositi in sphera declini habent ascensiones  
suas iunctas equalis ascensionibus eorundem arcuum in sphera recta simul sumptis: quia  
quæsta est diminutio ex una parte tanta est additio ex altera. Licet enim arcus inter se sint  
equalis tamen quantum unus minor est tantum recuperat aliis: et sic patet adequatio.  
Regula quidem in spera obliqua quod quilibet duo arcus zodiaci equalis et equaliter distan-  
tes ab alterutro punctorum equinoctialium: equalis habent ascensiones. Ex predictis  
etiam patet quod dies naturales sunt inæquales. Est enim dies naturalis revolutionis eqnoctialis  
circa terram secundum cum tanta zodiaci parte: quantam interim sol pertransit motu proprio cō-  
tra firmamentum. Sed cum ascensiones illorum arcuum sint inæquales ut patet per pre-  
dicta tam in sphera recta quam obliqua: et penes additamenta illarum ascensionum considerent  
dies naturales: illi de necessitate erunt inæquales in sphera recta propter viciniam causam sci-  
licet propter obliquitatem zodiaci: in sphera vero obliqua propter duas causas: scilicet pro-  
pter obliquitatem zodiaci: et obliquitatem horizontis obliqui. Tertia solet assignari causa eccē-  
tricitas circuli solis. Notandum etiam quod sol tendens a primo punto capricorni per arietem  
usq; ad primum punctum cœcri raptu firmamenti describit 18° parallelos: qui etiam paralelli  
et si non omnino sint circuli sed spire: cum tamen non sit in hoc error sensibilis: in hoc vis  
non constituantur si circuli appellantur: de numero quorum circulorum sunt duo tropicis unus eq-  
noctialis. Itē iam dictos circulos describit sol raptu firmamenti: descendens a primo punto cœ-  
cri per librā usq; ad primum punctum capricorni. Et isti circuli diez naturalium circuli appellantur. Ar-  
cus autem qui sunt supra horizontem sunt arcus diez artificialium et arcus qui sunt sub horizonte sunt  
arcus noctis artificialium. In sphera igit̄ recta cum horizonte sphera recte trahatur per polos mundi  
diuidit omnes circulos istos in partes æquales. Unū tamen sunt arcus diez quāti sunt arcus noctis apud  
existentes sub eqnoctiali. Unde patet quod existentes sub eqnoctiali in quacumque parte firmamenti  
sit sol est semper eqnoctialis. In sphera autem declini horizonte obliquus diuidit solus eqnoctiale in  
duas partes æquales. Unū quoniam sol est in alterutro puncto eqnoctiali: tunc arcus diei equalis arcui no-  
ctis et est eqnoctialis inveniuntur. Dicunt vero alios circulos diuidit horizonte obliquus in partes  
inæquales ita quod in oībus circulis qui sunt ab eqnoctiali usq; ad tropicū cœcri: et in ipso tropico  
cancri maior est arcus diei quam noctis. I.e. arcus super horizontem quam sub horizontem. Unū in toto tpe  
quo sol mouet a principio arietis per cœcrū usq; in fine virginis: maior autem dies super noctes  
et tanto plus quam magis accedit sol ad cœcrū: et tanto minus quam magis recedit. Ecouerso  
autem se habet de diebus et noctibus dum sol est in signis australibus. In oībus alijs circulis quos  
sol describit inter eqnoctiale et tropicū capricorni: maior est circulus sub horizonte et minor  
super: unū arcus diei est minor quam arcus noctis. Et secundum proportionem arcuum minorantur dies super  
noctes: et quanto circuli sunt, ppteriores tropico hiemali: tanto magis minorantur dies. Unū vi-  
detur quod si sumantur duo circuli eque distantes ab eqnoctiali ex diversis partibus: quæstus est arcus  
dici in uno: status est arcus noctis in reliquo. Ex hoc sequi videtur quod si duo dies naturales su-

c.i.

mantur in anno equaliter remoti ab alterutro equinoctiorū in oppositis partibus: quanta est dies artificialis anni tanta est nox alterius: et econuerso. Sed hoc est quantū ad vulgi sensibilitatem in horizontis fixione. Ratio enim per ademptionē solis contra firmamentū in obliquitate zodiaciverius diuidicat. Quanto quidem polus mūdi magis eluat supra horizontē: tanto maiores sunt dies estatis quando sol est in signis septentrionalibus. Sed est econuerso quādo est in signis australibus: tanto enī magis minoratur dies supra noctes. Notandum etiam q̄ sex signa que sunt a principio cancri per librāvſq; in finem sagittarii habent ascēsiones suas in sphera obliqua simul iunctas: maiores ascēsionibus sex signorū que sunt a principio capricorni per arietem vſq; ad finem geminorū. Unde illa sex signa prius dicta dicuntur recte oriri: ista vero sex oblique. Unde virgilius.

Recta meant: obliqua cadunt a sydere cancri

Donec finitur chiron: sed cetera signa

Mascuntur prono: descendunt tramite recto.

Et quando est nobis maxima dies in estate scilicet sole existente in principio cancri: tunc oriunt de die sex signa directe orientia: de nocte autē sex obliqua. Econuerso quādo nobis est minimus dies in anno scilicet sole existente in principio capricorni: tunc de die oriuntur sex signa oblique orientia de nocte vero sex directe. Quando autem sol est in alterutro pūctorū equinoctialiū: tunc de die oriuntur tria signa directe orientia et tria oblique: et de nocte similiter. Est enim regula: quantumcumq; breuis vel prolixa sit dies vel nox: sex signa oriuntur de die: et sex de nocte: nec propter prolixitatem vel breuitatem dici vel noctis plura vel pauciora signa oriuntur. ex his colligitur q̄ cum hora naturalis sit spaciū temporis in quo medietas signi perorū in qualibet die artificiali: similiter et in nocte sunt 12 hore naturales. In omnibus autem aliis circulis qui sunt a latere eqnoctialis vel ex parte australi vel septentrionali: maiorantur vel minorantur dies vel noctes fīm q̄ pluravel pauciora de signis directe orientib; vel oblique de die vel de nocte oriuntur.

Hic de ascēsione atq; ortu signorū cuius p̄sertim astronomi p̄cipua cura est: exequitur autor.

8 **C**Ortus ergo astronomic⁹ signi est ortus: ascēsio eius partis eq̄toris circuli: que vna cum signo ex orientis parte super horizontem emergit: et hoc pacto de ortu partis signi dicatur.

9 **C**Signum recte oriri dicitur: quo cum maior pars eq̄toris oritur: et ita de parte signi dicatur.

10 **C**Signum oblique p̄neq; oriri dicitur: quo cum minor pars eq̄toris oritur: et ita quoq; de parte signi dicatur.

11 **C**Occasus astronomic⁹ signi: est descēsio eius partis eq̄toris ex parte occidentis: que cum signo precepit: pronaq; tendit sub occasum: qui et bifariam dividitur: in rectum scilicet et primum.

12 **C**Occasus signi rectus: est quoties maior pars eq̄toris prona cum eo simul occidit: tenditq; sub occasum:


13 **C**Occasus vero signi p̄nus: obliquusq; est quoties eq̄toris portio minor sub horizontē simul vnaq; cum signo demergit. Et intelligit maior portio eq̄toris cum signo aut oriri aut cadere quoties plures 3 o 6 dīb; eq̄toris cum signo aut emergunt aut decidunt. Et contra: minor si pauciores 3 o 6 dībus cum eo oriantur: occiduntve: et hoc pacto de occasu partii intelligē facillimū est. Et de eiusmodi ascēsionibus aduertēde sunt nō nulle regule: quas autoris littera continet.

14 **C**Prima est. Eqnoctialis circulus tam in sphera recta q̄ declivit: regularis: vniiformisq; ascēdit: ita ut in temporibus eq̄libus cōtinue equeales arcus: portionesq; cōscendāt: quo fit ut cum in omni horizonte 24 horarum interualla: cōpletam eq̄toris circuli revolutionē cōtineat: in vna ergo q̄libet hora cōtinuo eq̄toris 15 dībus emergit: fit iterum cum horizonte rectus: omnes arcus diurnos vbiq; gētum equa partitione cum nocturnis equet: ut sex eq̄toris signa (hoc est 6 dībus) duodecim horarum interualla in suo ortu conficiant.

15 **C**Secunda zodiacus circulus non vniiformis ascēdit: neq; in sphera recta quidē: neq; in obliqua: s̄z quanto portio zodiaci rectior ascēdit: tāto aptiore tipis mora su⁹ ortus facit: et q̄to p̄nior: obliquorū: tāto tractiore.

16 **C**N cognoscē p̄mptū est p̄sertim obliquū horizonta habētib; que recte: queue p̄ne signa oriantur: occidatq; Nam cum illis propēissima dies artificialis (quā morā solis super horizonta nūcupam⁹) 12 horas supet ut que habitatibus ad Cynosurā sole subēnte cancerū cōtingit sex signa illa die super horizontē emergentia ut recta oriātur: pronaq; cadat necesse est: ut esto verbi causa illorū dies lōgissima 16 horarū spacio distēsa: q̄ta nobis Parissianā academiā colētibus accidit. Cum enim in toto illo 16 horarū infuallo solum sex signa 30 diaci que sunt cancer leo virgo chele scorpius et sagittarius oriantur: cōscendātq; super horizonta: et in 12 horarū infuallo totidē eq̄toris signa cōscendāt: ergo in 16 horarū infuallo maior eq̄toris portio q̄ signa sex cum sex zodiaci signis oriuntur: recte igit̄ oriuntur cancer leo virgo chele scorpius atq; sagittarii: et in cōtra ctissima die que est sole subēnte brume: cap̄corniū circuli (q̄ verbi causa sit 8 horarū) veniūt 6 zodiaci signa super horizontē: que sūt cap̄cornus aquarius pisces aries taurus et gemini. At in 8 horarū infuallo pauciora 6 signis eq̄toris oriuntur: oriuntur enim dūtarat q̄truo: ergo cap̄cornus aquarius pisces aries tauri: gemini oblique oriuntur: nam cum illis minor eq̄toris portio oritur: et hoc habitatibus ad cancerū: habitatib;

enim ad egocerota: capricornū: oppositum eveniret. Et eadem ratione cancer: leo: virgo: chele: scorpius et sagittariū recte orienta: prona: obliqua: declinat: nam in cōtractissima nocte (ut verbi causa que 8 horarum est) quēadmodū sole initia cancri subeunte parisiis accidit: illa signa occidunt: at solum eōtoris quattuor in illo 8 horarū intervallo illis cooccidunt. cadūt igitur prona: illa 6 signa. et eodem pacto ostēdas capricornū aquariū: pisces: arietem: taurū: et geminos occidere recte: q̄ occidat in ptractissima: lōgissimāq̄ nocte. Et quāuis ocularis sphere inspectio ad hec et sequēta rite intelligēda nōnichil afferat prestvij: vix tamē tāto ingento: tāq̄ fabrefactā inuenias: que arcuū ascensionū: tum pariorū: tum magnorū discrimina: satis aperte monstrer: quapropter dilucidius omnia pateat: sepius ascensionū tabule consulēde erunt: neq̄ p̄sentis introductionis officiū: pondus demonstrationis sustinat quo pacto signiferi circuli in utroq; horizōte ascensionum ineq̄litatē esse necesse est: et cetera id genus sequentia. invnaquaq; enī disciplina: opere precium ducendum est illa sola tractari que in ea bene cognosci deprehenditq; valeant.



A punctus orientis  
B punctus meridiei  
C punctus occidentis  
D punctus medie noctis  
a c eqnoctialis circul.  
b d horizon rect<sup>9</sup> habi-  
tatiū in terra sub plecto  
a. et sub plecto c.

v  
Horizon<sup>9</sup> obliqu<sup>9</sup> vbi  
q̄ alibi designabit p̄ li  
neā quācūq; inter cb et  
a d iacentē. itidē et per  
quacunq; altam inter  
a b et c d.

C. M.

Hec tabula est  
ascensionis rectarum  
hoc est habitatio  
sub equatore. Cu  
ius prima nume  
ro linea in fini  
stra collocata: ab  
vno ad triginta co  
tinue usque proce  
des: gradus signo  
rum zodiaci decla  
rat. Et cetera autem  
